rum Cardinalis Bellarminus in fol. de officio primario summi Pontifi. ad Clementem VIII tenoris infrascripti. Porro officium hoc tam antiquum, tam magnum tam singulare, tam proprium sibi tam necessarium Ecclesiæ, facillime poterit Sanctissimus ipse Pontifex implere si Eccla singulis bonos Episcopos præficiat, eosq. suo munere satis facere curet, et si opus fuerit cogat, siquidem boni Episcopi, bonos eligunt Parochos, bonos Concionatores, bonos Confessores, itaq. aiarum salus nisi per ipsos steterit, in tuto erit, ac si forte negligentia Episcoporum vel Parochorum aliqua pereant, et sanguis eorum de manu Pastorum particularium requiretur summus autem Pontifex aiam suam liberabit, quippe qui fecit, quod suum erat ne periret.

Itaq. Episcopi in sua Diœcesi quilibet de damno religionis et damnatione animarum siqua eius culpa peribit, Strictam Deo rationem reddet, quod me adeo vehementer exterret, ut (summo Pontifice excepto) nulli hominum magis est animo cum patiar quam Episcopis et Archiepiscopis, quibus pleriq. invidere solent, ex quibus S. Joannes Chrisostomus, Hom: 3. in Actis Apostolorum.

Magno cum animi sensu scribit, paucos salvari propterea quod difficillimum sit tot aiarum sibi traditarum bonam rationem reddere, vel blandiri nobis debemus de bona conscientia, de recta intentione, de sanctis operibus. Cum Sanctus Apostolus Paulus dicat. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: et Aplus Jacobus terreat nos illa sententia formidolosa, Quicunq. totam legem servaverit, offendat autem in uno factus est omnium reus, quæ aut dicuntur de ordinariis habent locum, in quolibet Viro Catho: cuiuscunq. status et conditionis existat, quilibet enim pro suæ Religionis debito, et propria Conscientiæ securitate obstare nec quicquam in præiudicium Religionis. Primas Sancti Petri qui unus est ex articulo fidei, et in animarum salutis detrimentum inijcietur.

Nec iuvat apud Dominum excusatio super Episcopo, is enim si defuit in suo munere, damnari potest, et Vir secularis supplex salvabitur. Ommituntur politicæ rationes, cum nemo sit, qui ignoret in omnibus Regnis, Rebuspub: ac principatibus, novitates semper fuisse periculosas, sæpe etiam perniciosas.

List Seymowy do PP. Senatorow.

Wielmożni Wprzeymie nam mili. W tym pokoiu, ktorego Panstwa nasze ze wszystkich stron z osobliwey providentiey Niebieskiey, a czułosci naszey z odwagą dla miłych Poddanych zdrowia, wczasow y dostatkow Krolewskich uspokoione, dotąd fortunnie (Gdy inne Panstwa, iako odległe tak bliskie, przy samych granicach, krwawie się mieszaią, od tego są dalekie) zażywamy. Niemamy nic pierwszego y milszego, iako żeby w tym że pokoiu, z ktorego wszystka szczęśliwość y bespieczenstwo, przy dostatkach płynnie swobodnie kwitnęła. Dlaczegoż do dalszego ugruntowania iego tasz chęc, y powin-

ność